

de pane & caseo offerendis , etiam intelligi posse
extra Eucharistiam, quasi hoc genere sacrificii vte-
rentur pro veteribus & legalibus sacrificiis , quæ
multi hæretici veluti Nicolaitæ retinebant , & ad-
huc usurpabant. Nec dubium est quin huiusmodi
dogmata & blasphemiae fundamenta erroris Ma-
nichæorum, qui postea sunt secuti, iecerint , sum-
ptæque fuerint ex Paganorum deliriis. Dixit enim
Theophrastus nullam victimam Deo gratam esse,
quia sanguinem effundere esset crudele , & à Dei
natura prorsus alienum. Itaque δυσιαν appellatam
esse docuit, nō τὸ τὸ δύειν, quod est mactare: sed τὸ
τὸ δυματό. i. suffitu, quod gratissimum Deo sa-
crificium sit herbarum incensarum & naturalium
odorum vapor & suffitus: non autem iugulatæ pe-
cudes & mactatæ. Id quod sensit quoque Pythago-
ras. Sed errat uterque. Nec enim propter rem ipsā,
quæ offerebatur, Deo grata sacrificia fuerunt : sed
propter fidem , id est, propter præceptum Dei &
finem offerentis. Is autem erat attestatio futuri
Christi, Augustin. libr. 20. Contra Faust. cap. 23. Sed
ita reposita est nobis per hæreticos omnis Paga-
norum hominum insanias: & omnium errorum crâ-
be, quæ nos enecat, & , vt est in veteri proverbio,
mors est.

C A P . X X I X .

Tessareskædecatitæ cur sic nominati. Eorum autem
hypothesis una recensetur.

Tessareskædecatitæ ¹ hinc appellati sunt,
quod non nisi quartadecima ² luna , mense
Martio Pascha celebrant, quilibet è septem
occurrat dies: & si dies Dominicus occur-
rerit ipso die ieunant & vigilant.

1. Tes-